

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

EI

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

**ZOYLVS** Amphipolitanus (urbs au-  
tem Macedoniae est Amphipolis, olim  
Nouem uia dicta) cognomento Home-  
romastix, quod Homerum derideret. Qua  
propter Olympiae spectatores eum de-  
\* Scironijs rupibus praecipitem egerunt.  
Ac orator ille quidem fuit, & philoso-  
phus: sed & grammatica quaedam scripsit  
contra Homerum: Poeseos lib. 9. histo-  
riam ab ortu deorum usque ad obitum Phi-  
lippi. Libros tres de Amphipoli, & con-  
tra Isocratem oratorem, aliaque plurima,  
in quibus fuit & Homeri uituperatio.

**Ζωμεν.** Plato in Hippiam, de iis qui non  
suo arbitratu uiuunt: Agimus, inquit, non  
ut uolumus, sed ut possumus.

**Ζώναι.** Zonae in terra sunt quinque: Se-  
ptentrionalis ultra Arcticum circulum,  
inhabitabilis ob frigus: temperata: com-  
busta: altera temperata: Australis, inha-  
bitabilis ob frigus.

**ZONAEVS** scripsit amatorias episto-  
las, & de ludo pilae. Circumferuntur &  
aliae eius epistolae rusticae, sed (cum eo  
genere non consentiunt) ab eius stylo  
dissentiant.

**ZONA** tropice pro facultate capitur,  
quae cincti ad rem gerendam sint expeditiores.

**Ζωνή καπεσσι, πινυδόν λυει τάχ.** Cingu-  
lum dissectum iter citius soluit. *ὄνειρον κριτικόν.*

**Ζωοδότης.** Qui omnibus uitam imper-  
tit, bonus Deus.

**Ζωός γήση κρομμύς μόνος λαβών.** Reui-  
uiscens, cepa modo accepta. De iis qui  
paruis e rebus magnam gloriam capiunt.

**Ζών.** Viues matri tuae manifesto pro-  
bro es: Et ualidae Spartae patriam iura soluis.

**ZOPYRVS** Persa, in regis sui gratiam  
flagris caesus, nasoque & auribus a semet-  
ipso mutilatus, Babylonem est ingressus:  
fidemque nactus ob cladem corporis, ur-  
bem prodidit.

**ZOROASTRES** Persomedus, sapien-  
tia superior astronomis, primus autor  
recepti apud illos magorum nominis.  
Bellum Troianum antecessit annis D. Cir-  
cumferuntur eius libri IIII de natura. De  
gemmis, I. Predictionum ex inspectione  
stellarum, libri V.

Zoroastres astronomus, sub Nino re-  
ge Assyriorum, precatus est, ut igne coe-  
lesti absumeretur: ac monuit Assyrios,  
ut suos cineres conseruarent. Sic enim re-  
gnum eis semper esse permansurum. Et  
quidem etiam nunc ab eis asseruantur.

**ZOROMASDRES**, Chaldaeus sapiens,  
scripsit mathematica & physica.

**Ζώσας.** Sophocles: Peritorum consilij  
euentus etiam maxime uideo respondere.

**ZOSIMVS**, Alexandrinus philoso-  
phus, scripsit *χυμωτικὰ*, id est de fusione:  
ad Theosebiam sororem ordine Alpha-  
betico lib. 28. a quibusdam inscribuntur *χει-  
ρόμητα*, id est manualia: & Platonis uita.

Zosimus sophista, Gazæus uel Asca-  
lonites, temporibus Anastasij Imperato-  
ris, scripsit oratoriam dictionem ordine  
Alphabetico: commetarium in Demo-  
sthenem & Lysiam.

**Ζώσμα.** Romanorum ferentarij singuli  
saga habebant, & cinctum in femoribus.

**Ζυγομαχέειν.** Hesiodus: Duos boues  
mares IX annorum fac habeas. Nam hi &  
robusti sunt, & inter se non dissentiunt.

*Boues ius  
gales.*

**Ζυγός.** Iugum in re militari, multitudo  
eorum qui sese circumstant.

**Ζυγός.** Lex in sacra Scriptura iugum di-  
citur, & Christus: Tollite iugum meum,  
quia commodum est, & onus meum leue.

*Legis iugum.*

**Ζυγῶν.** Viros inermes, exutos, singula-  
tim turpiter sub iugum miserunt.

**Ζύθος.** Zythus, uinum ex hordeo.

**Ζύμη.** Ferunt a sexta hora decimae quar-  
tae diei mensis, signo tuba dato, omnem  
panem fermentatum, si quis Hebraeis su-  
peresset, cremari solitum.

*Azyma.*

INITIUM DIPHTHON-  
gi EI.

**ΕΙ ΨΔ.** Pisides: Utinam Perfidis extin-  
cta esset audacia.

**είθεοδα.** Speluncae Nympharum irri-  
guae, tantum aquae stillantes in curuum  
hunc puteum.

**είδέα.** Plato diuersis nominibus eadem  
utitur de re. Ac ideam uocat *είδος*, formam  
seu speciem & genus, & *παράδειγμα* exem-  
plum, & *ἀρχή* principium, & *αἴτιον* cau-  
sam, & id quod neque moueatur neque ma-  
neat, & idem & unum & multa. Et uicis-  
sim, unum nomen diuersis rebus accom-  
modat. ut *Φαῦλον* significat simplex, facile,  
probum: ut Euripides in Licymnio, de  
Hercule: *Φαῦλον ἀκεμύον, πᾶ μάλιστα ἀγαθόν  
πᾶσαν ἐν ἔργῳ σοφίαν περιτίμνοντα*: Simplicem,  
inornatum, maximis in rebus bonum,  
omnem sapientiam factis constringen-  
tem. Interdum pro malo, uili, uulgari, quo-  
libet. Plato de animo: *Ῥῆ*, inquit *Κεβες*,  
haud magni momenti queris. *Φαῦλον πρᾶ-  
γμα*. Idem: Res erit scilicet non contem-  
nenda, nec paruum uirtutem requiret.

*Platonis di-  
ctio.*

**είδη.** Principia formarum seu specie-  
rum dicebant Pythagorei monadem &  
dyadem & triadem, quod ab unitate usque

*Numeri Py-  
thagoreo-  
rum.*

q ad

ad quaternionem compositi numeri efficiunt denarium, quem perfectum & de cadem appellant. Aiebant igitur \* quaternaria his esse principia, tum communiter in omnibus, tum seorsim in rebus intellectilibus & naturalibus & sensilibus, quæ Græcis νοητὰ sunt, καὶ Φυσικὰ, καὶ αἰσθητὰ. Ac communiter quidē in omnibus, monas sunt intellectilia. Impartilis ἀμερῆς enim est illorū non essentia (ἔσις) modò, sed & actio quæ in statu & quiete (ἀκίνησις) spectatur. Dyas, est scientia, aut scientifica (τὰ ἑπιστημονικὰ) definitè enim id quod ab aliquo est, τὸ δὲ τὸ γ, ad aliqd uenit. Nam scientia transitio est ex definitis ad definita. nec enim scientia est infinita: cū ἑπιστήμη dicatur ex eo, quod ad statum seu stationē nos perducit. Trias, sunt opinabilia & naturalia. Naturalia uerò dico uniuersalia in naturalibus, nō singularia. nam uniuersalium naturalium est opinio. Trias igitur est opinio, quæ ab aliquo exorsa, nō definitè ad aliquid fertur: sed aut sic, aut aliter.

εἰδήσεις.) *Cognosces Alcmanem lyra pulsatorem Lacena.*

*Eximium, quæ Musarū nouē numerus habet.*

Scientia. εἰδήσεις.) Cognitio triplex est: aut enim scientia (ἑπιστήμη) dicitur εἰδήσεις, ut ait in Phædone Plato. Scire enim hoc est, sciētiam quam comprehenderis, tenere, & nō amisisse. aut generalior cognitio: aut simplex, siue communior: & horum utrunque continens, ut ait Aristoteles in Physicis. Nosse etenim, & scire (τὸ εἰδέναι, καὶ ἑπιστάσθαι) in omnibus scientijs contingit. Nam uerbo εἰδέναι, generalem cognitionem significat: uerbo ἑπιστάσθαι, accuratam, aut eam quæ communiter de omni cognitione dicitur, quam in Metaphysicis adhibuit.

εἶδος.) Species, forma, id quod sub genus subijcitur: ueluti sub animal, homo, apud philosophos. Proclus mirabatur Isidori formam, ut diuinā, & intrinsecus philosophicæ uitæ plenam.

Simulacrū. εἰδωλον.) Simulacrum, umbratilis similitudo, aut species corporis, umbra quædam ætheri similis. Bacchylides: Nigro colore tinctum simulacrū uiri Ithacensis. & poeta de Anticlia: Ter mihi elapsū è manibus umbræ simile. Intelligendum igitur est, simulacra corporum imaginē exhibere intuentibus, nō etiam substantiam rerū. Iubet Pythia simulacrū quoddam specie mulieris effectū sublime suspendi: quo factò, conualuit ciuitas. Scri

ptura dicit: Nō facies tibi simulacrū, nec ullam similitudinē: quasi inter hæc uocabula interlit. Simulacra (εἰδωλα) em̄ sunt, rerū nō subsistentiū effigies: ueluti sunt Tritones, Sphinges, Cētauri. Similitudines (ὁμοιώματα) uerò, rerū subsistentium imagines, ut ferarū aut hominū. Interit & inter adorare & colere (προσκύπτειν, λατρεύειν.) Fit em̄, ut ex metu adorem, nō etiā animo seruimus. Sed utriq; est impiū, & inuisū Deo. Damasci: Pro rebus gestis simulacra q̄dā describim, umbrā sōniorū, secūdū Pindarū. Ephraimitz, simulacrorū cultores fuerūt. Sophocles: *Videō nos nihil esse aliud nisi Simulacra* (id est, effigiem formæ rebus uanissimis uaniorē) *quicung, uiuimus, aut leuem umbrā. Huiusmodi itaq; intuens, elatum Nullum unquam dixeris ipse aduersus deos uerbum: Nec effereris ullo modo, sicubi præ alijs Vel manu uales, uel magnarum opum copijs. Nā dies inclinat et reducit Omnia humana. Modestos autē Dii amat, & oderūt improbos.* εἰκάζων.) Prudētissimus habitus est suæ ætatis, ut qui res obscuras solertissimis coniecturis indagaret.

εἰκάθειν.) Sophocles: Cū ppter tēpora nihil ualeas, potentioribus est cedendū. εἰ καὶ λύκος ἐμνήσθη.) Etiāsi lupi mentionē fecisses. id est, Lupus in fabula. De ijs, quorū iniecta mētionē, ipsi statim adsūt.

εἰκαῖον.) Cultus genij, quē quisq; nostrūm habet, est, ut eum ab omni perturbatione & uanitate, & querimonia de dijs & hominibus immunem cōseruet.

εἰκή,) hoc est, ex ijs quæ temerè creduntur. *μη εἰκή τὴν ἄβυδον,* Ne temerè Abydū prætereas, aut transeas. Dicitur de ijs qui se periculis committunt.

εἰκή ῥα ψωδέει.) Temerè nugatur. Fingit ille infaniā, temerè ac fortuito alia atq; alia garriens, ut posteriora cū prioribus non consentiant.

εἰκή τῷ Ἡρακλεῖ.) Temerè Herculi. De ijs qui res citra calumniam & sine reprehensione conficiunt.

εἰκοβολεῖν.) Polybius: Lumē parant, ut neq; labātūr, neq; temerè tela cōijciant.

εἰκός.) Erat cū ob alias uirtutes admirabilis, tum ob hæc, quod in rebus secundissimis nihil à statu naturæ discedebat, neq; successibus per licentiam abutebatur. Probabile est, malè etiam cū eo agi, qui aliquid suscipiat. & ut est apud Pindarū: Oportet agentem aliquid, malum etiam tolerare. Herodorus: Sic existimò, itaq; consentaneum est.

165 *εἰκότα.*) Probabili coniectura, quid euenturum esset, ratiocinans.

*εἰκῶν.*) Sciendū est, accuratissimos historicos, in Christi imagine magis probare crispas & raros capillos.

*εἰκῶν.*) Imaginis elegātia nō diu durat. *εἰλείθυα.*) Illithyie deæ, parientium curatrices.

*εἰληφεν ἢ παγίς τὸν μῦθον.*) Laqueus murē cepit. De ijs qui rectē capti sunt.

*εἰλωτες.*) Helotes, serui Lacedæmoniorum.

*εἶμα.*) Praxidice quidem fecit, sed de consilio Dyseridis, uestem hanc: & communis est utriq; sapientia.

*εἶμαρμένη.*) Fatum. Philosophi dicunt, unum esse Deum, & Mentem & Fatum, qui alijs atq; alijs nominib. appelletur. Est autem fatum, causa uniuersorum coherens: aut, ratio qua mundus gubernatur: aut, series quædā & nexus inuolabilis ob causam inuitabilem: aut, uis mouens materiā. Nos uerò Christum Deū confitemur administrare omnia. Ea quæ infra Lunam sunt, à quatuor causis pendent: à Deo, à fato, à uoluntate nostra, à fortuna. ueluti, Conscendere nauem nostri est arbitrij: sed in serenitate subito existere tempestatem & procellas, fortuitum. Nauem uerò submergendam præter spem conseruari, prouidētia diuinæ. Fati autem multi sunt modi.

*εἶμαρμένω.*) Fatum, uim cogētem esse dixerunt, & materiæ motricem. Fortunā uerò \* Plato dicit causam esse per accidens: aut *συνπιωμα*, casum aliquem naturæ aut uoluntatis. Democritus etiam dixit, alia nos omnes à Deo habere, alia à fato & fortuna, & minutissimis illis corporib. & \* manifestè sursum deorsumq; tendentibus, quæ uibrētur & implectantur & segregentur, & circumferantur necessariò, unde non solum diuitias & paupertatem, & morbum & sanitatem, seruitutem & libertatem, bellū & pacem manare: sed & uirtutē & uitium ab ijs decerni. Ac alij alia effati, inter sese pugnârūt.

*εἶμένος.*) Album scire, aut nigrū. Prouerbum.

*εἰ μὴ δυνάω βῆν, ἔλαυνε δ' ὄνον.*) Si bouem non potes, asinum age. Prouerbiū monet, pro uiribus cuiq; agendum esse.

*εἰ μὴ πατήρ ἦσθα.*) Nisi pater esses. Alterum membrum dissimulatur: dicerem, te parum sapere.

*εἰ μὴ παχέως ἀπωλόμεθα, σὸν αὐτὸ ἐσώθημεν.*) Nisi citò perijssimus, salui non essemus.

Prouerbiū hoc tum omnes qui præcipientes ruebant, in ore habebant.

*εἶναι μὲν.*) Ero quidem qui sum, sed nō is esse uidebor: Naturam non mutabo, sed figuram.

*εἶποις τὰ τρία παρὰ τῆ αὐλῆς.*) Tria illa dicas iuxta aulam: id est, in prætorio. Qui ad capitale supplicium abducebantur, ijs licebat cibo & potu plenis tria dicere, quæ uellent: deinde ore obturato, ad necem ducebantur.

*εἶρεσιώνη.*) Ramus oliuæ siue lauri, coronatus lana, omnis generis fructibus dependentibus. Hunc effert puer florenti ætate, & Pyanepsijs, quod festū ab elixadis fabis nomē habet, ante fores ædis Apollinis collocat. Ferūt enim Theseū, quo tēpore in Cretā nauigaret, tēpestate ad Delū appulsum, uotū fecisse Apollini: se \* ramos olearū coronaturū esse, si occiso Minotauro euasisset incolumis, & sacra facturū, & supplice illo ramo coronato, elixaturum ollas plenas ptisanæ triticeæ, & pultis, & arām dedicaturum. Pyanepsia interdum celebrant ad auertendam pestem. Sic autem canebant pueri:

*Ἰερίωνος φικῶν φέρει, & pingues panες:*

*Ἐτ μέλι ἐν κοτύλῃ, & ὄλεον ἀδ ἀστέρην:*

*Ἐτ καλὴν κρητὴν πλὴν, ἵνα ἐβρία δόμοιο.*

Post festum \* extra agros ad ipsas fores collocant aut suspendunt, & quotannis mutāt. Crates uerò Atheniēsis, de Atheniensium sacrificijs ait, olim in annonæ penuriā, ciues oleaginum ramū lana coronatū, supplicādi ergò, Apollini ex oraculo posuisse. Alij tradunt, cū (pestis) famēs orbem terrarū premeret, Apollinē iussisse Atheniēses sacra Cereri, q̄ Procrusia dicūtur, facere pro omnibus. Quæ de causa undecūq; mitti primitias Athenas, grati animi ergò. Pyanepsijs & Thargelijs Athenienses Soli, & Horis, id est quatuor anni temporibus, sacrificant.

*εἶρεσιώνη.*) Irénæus, latinè Pacatus, discipulus Heliodori metrici, grāmaticus Alexandrinus, scripsit de Atheniensium supplicationibus & pompis: de Alexandrinorum dialecto, eam oriri ab Attica, libros VII. Atticorum uerborū libros III. Atticæ consuetudinis in dictione & accentu ordine Alphabetico, libros III. Regulas Græcismi, lib. I. De Atticismo, lib. I. & alia multa.

*εἶρεσιώνη.*) Cæsar cū pacatè uiuere posset, bellum suscepit.

*εἶρεσιώνη.*) Dissimulator, impostor, simulator.

Condemnatorum tria uerba.

Thesei uotum.

Atheniensem sacrificia pro omnibus. Procrusia.

tor, qui eludit & deridet omnia: q̄ quod facere potest, se posse negat. ἀλαζών, arrogans: huic contrarius, superbus. Non animaduertit se trāsire uerum uel dicto uel facto, siue detrahendo sibi, siue arrogando.

είρωνδόμενοι.) Omnes gētes & uerborū uarietate & animi fraudulētia deridētes.

είρωνεία.) Irōdia diuidit̄ in derisū γλῶσσω, μυκλήρισμὸν, σαρκασμὸν, ἀσεισμὸν, ὑπόκρισιν.

Epicurifā  
(mms.)

είρυσαιτο.) Cum Epicuri nugis gaude- ret, duo inde mala attraxit, impietatem & intemperantiam.

είς ἀνήρ, ἔδεις ἀνήρ.) Vnus uir, nullus uir. Quod ab uno nihil præclarum geritur.

είς ἀρχαίας φάτνας.) Ad uetera præse- pia. De ijs qui iucundam uitæ rationem amissam recuperant.

είς ἀδελφέντας ἀδελφῶν ἐλήλυθα.) Ad æ- grotos agrotus ueni. De ijs quorum ca- 20 sus sunt consimiles.

είσβολή.) In mente tria spectantur, είσ- βολή, παραδοχή, συγκατάθεσις: id est, aggre- sio, susceptio, assensio: quæ Dauidi sunt, ἐνώτισις, συνέσις, προσοχή: id est, Auscultatio, intellectio, & attentio. Ac auscultatio quidem est consideratio uerborum, intellectio uerò est apprehensio uerborū, attentio uerò desiderij cōsummatio.

είς δέον.) Opportunè, ut decuit, cōmo- 30 do Reipublicæ, &c. Si quis apertè dicere nō uult, quomodo pecuniā cōsūperit.

είς ἐμφανῶν κατὰσεισιν.) Iudicij nomen, ut res controuersæ declarentur & profe- rantur. Aristoteles ait ad prætorem referri hoc causæ genus, qui re expēsa & per- quisita, det actionem.

είσηγγελεσι.) Dæogus Achimelechum, siue Abimelechū (est enim binominis) maiestatis reum fecit, & Saulem regē ad 40 nefariam sacerdotum cædem impulit.

Persica deo  
liberatio.

είσηγήσαιντο.) Herodotus Persas hoc mo- do deliberare ait: Si quid sobrij retule- rint, de eo cōsultare ebrios: Sin ebrij p- posuerint, id confirmare sobrios.

είσιτήρια.) Festum Athenis, quo magi- stratus oēs incūtur: estq; anni principiū.

είς θεῶν ὠτα ἦλθεν.) Diuinit̄ peruenit ad au- res. De ijs quorum facta non latent.

είσκεκυκληκεσι.) Aristophanes: Aede- 50 pol fortuna res inexplicabiles in ædes nostras intulit.

είς κέλιον πύειν.) In sinum spuere: id est, præ uerecundia non magnificè loqui.

είς κέπερον θυμιάς.) In stercore thymia- ma. De rebus inutilibus & futilibus dici- tur ab Atticis.

είς κνωόσαργας.) In Cynofarges. Dictum per cōtumeliam, & execrationē. Dictum tica locus, ubi nothos pueros colloca- bāt: quod & Hercules, quamuis colloca- diuinos honores consecutus fuerit: sic dictus à cane albo, uel celeri. Nam cum Herculi res diuina fieret, canem album (alij aquilam) coxas abreptas eò detu- lisse: atq; Atheniēses oraculo monitos, 10 ibi fanum Herculis condidisse tradunt.

είς μελίτιας γ' ἐκώμασας.) Ad apes com- messatum uenisti. Prouerbiū, in eos qui subito affliguntur, præter expectationē.

είς ὄρθον ἀποδέναι, καὶ ἐπ' ὄρθον καταίησαι.) Quenq; uirum in pristinū statum & ha- bitū restituere: ueluti si reuocati ab ho- stibus, iubeātur hastæ inniti, deinde rur- sus erigi, iterum hostes petendi erunt.

είς ἔρανὸν ῥέξθαι.) In cœlum iaculari. De ijs qui per contumaciam aliquid fru- 20 stra faciunt.

είς πάγας ὁ λύκος.) In saque ὄς lupus. De improbis, cū in euidēs inciderint piculū.

είς πύρξαινειν.) Ignem diuerberare. Pro- uerbiale, de ijs qui (καθ' ἑαυτῶν) contra sese aliquid frustra faciunt aut dicunt. Si- mile huic est, κτ' περῶν σπείρειν, Saxa con- ferere. & είς τέφραν ρεῖν, In cineres scri- bere. Ego iusturandum eius inscriben- dum esse cineri iudico.

είς περυσπημένον πήρον αἰτλεῖν.) In perfora- tum dolium haurire. Prouerbiū, sum- ptum à fabula Danaidum. Iuxta idē do- lium, animæ profanorum (id est, non ini- tiatorum) & impiorum cruciantur.

είς πῶν ἀγρὸν ὀπιελέπειν.) Agrum intueri solent ij, qui obsidentur & oppugnan- tur, in eo esse cupientes.

είς τροφονίης μεμαρτυταί.) Trophonium 40 cōsultuit. De seueris & tetricis. Nam qui in antrum Trophonij descendebāt, de- inceps non ridere ferebantur. Tropho- nium autem aiunt, fratris Agamedis ca- put tenentem, persequente Aegæo, in- hiatum, ubi nunc eius oraculum est, uo- to facto incidisse.

είς τροίλινα δει βαδίλειν.) Troezenem est eundem. De imberbibus, aut parū bar- batis. Pogon enim, id est barba, Troæ- niorum portus est.

είτ' ἐφ' ὕδαρ κακός.) Ad aquam malus. De pauperibus & infortunatis dicitur. In iudicij enim uilissimum munus fuit, aquam litigantibus dimetiri.

εί τι πεισάδρα βδελύπη τὰς λόφους καὶ πὲρ ὀφρύς.) Si Pisandri detestaris cristas, & supercilium, Hic uulgò ridebatur, ob 30 igna-

369  
ignauiam: sed belli amans & concitator erat, priuati emolumēti gratia: & utebatur crista triplici, & armis insignib. quō fortis uideretur, cum non esset.

*εἰ τις ἐν αἰγύπτῳ ὄπτον ἄγοι, καὶ ἐν κιλικίᾳ κρότων, ὁμοίον ἐστὶ τῷ γλαυκῆ ἀθλιάζε.)* Si quis in Aegyptum frumētum uehat, & in Ciliciam crocum, perinde fuerit ac si notuam Athenas. De ijs qui frustra coaceruant ea quæ antè adsunt.

*εἰ τὸ μέσον κτήσατο κερύθρα καὶ σκυῶνος.)* Si mediū possederis Corinthi & Sicyonis. Aesopo scriptori fabularum de diuitijs percontanti, Apollo hoc oraculum reddidit. Fertilis enim est ea regio. Est & Bacidis uatis oraculum: Ast ubi habitarent lupi, cana q̄; cornices, unà intra Corinthum & Sicyonem.\* Obscurè innuit, urbem Nephelococcygiā, id est Nebulocuculiā intra coelū & terrā esse conditā.

*εἰ τοι νομίζεις.)* Si existimas possessionē quandam esse contumaciā sine prudentia, non rectè sentis. Si putas te homini cognato malè facientem, non daturum esse pœnas, malè sapis.

*εἰ φίλος χεῖρεις ὑπεργίας.)* Si amici requiris operam. De ijs qui generoso sunt animo. Aegrotanti Antistheni Diogenes porrecto cultro sic dixit.

PRINCIPIVM LITERAE H, <sup>30</sup> qua latinè ferè transit in E longum: nonnulli & in a diphthongum mutant, haud scio num auctoritate ueterum, an ex imperitia.

*ἢ ἡ σιώπα, μηδὲν εἰπῆς νήπιον.)* Aristophanes: Age age tace, ne quid stultū dixeris. *ἦ.)* Præstat in terra esse pauperem, quā in mari diuitem. Malo guttam fortunæ, quā sapientiæ dolium. *ἦλω τύχης σαλαγγμόν, ἢ πῖθον Φορνῶν.*

*ἢ δὸς σκυθῶν ῥήσις.)* Scytharū dictio. De ijs qui apertè alicui malè precantur. Nā Scythæ Darium postulantem, ut sibi parerent, plorare iusserunt.

*ἢ ὁ κτήρ.)* Non boni sunt puberes. Odi pilum illum qui citò crescit.

*ἢ εὐλιώσα.)* Nupturæ euellēbāt pilos.

EGELOCHVS, tragicus histrio, quē Plato ridet, ut insuauī præditum uoce. *εὐκρυμάτων ὄδ' αὐδ' ἴς (χαλῆν) εὐδῖαν ὄρω.)* Eupripides in Oreste: E fluctibus, uel, post fluctus, denuò uideo tranquillitatem.

*ἢ ἡγεμονία δικαστηρίσ.)* Principatus iudicij. Magistratibus non omnibus licebat quarumuis litium dare actionem. Prætoris, τῶ ἀρχόντ' erant, pupillorum, delictij, & fraudatorum hæreditate discepta-

tiones. Ratio cinatorum, τῶ λογιστῶν πο- scere rationes gesti magistratus. Regis sacrificuli, capitales causæ, & impietatis, & sacerdotiorum, & sacerdotum de sacrificijs controuersia. Idem \* etiam altaribus præconio arcebat, patriæ religioni aduersantes. Polemarchi, id est prætoris peregrini, desertæ clientelæ, desertiq; patrociniij crimina: & quicquid apud ciues Archō, id apud inquilinos Polemarchus administrat. Thesmothetæ, calumniarum, corruptelarum, cōtumeliarum, adulteriorum, insidiarum, peregrinitatis, falsæ inscriptionis in album municipij, aliarum q̄; rerum iudicia exercebant. Vndecim uiri latronum, furum, plagiariorum iudicia reddebant. Imperator, στρατηγός de Trierarchia, & permutatione facultatum. Hæc igitur qui administrat, principatum habere iudicij dicuntur. Sed & rex sacrificulus, unà cū Curatoribus factorum, qui ὀπταμεληταὶ dicuntur, in ijs Cereris præest, ac solus coronam habet.

*ἢ ἡγεμονικὸν.)* Princeps seu imperatoria pars animi, in qua uisa & appetitiones existunt, & unde sermo oritur \*, quam esse dicunt in corde. *ἢ ἡγεμῶν συμμορίας.)* Dux classis urbanæ, ob diuitias in conferendis tributis.

HEGEMON Thasius, cognomento Lens, seu Lentulus.

Hegemō, unus ex ijs fuit Athenis, qui Macedonibus studere, & largitionibus corrupti esse uidebantur. Ex fabulis eius est Philina, Athenæo autore.

HEGESIPPVS, cognomento Crobylus, (ab implexis capillis) cuius esse putatur septima Philippica de Halonesso, Demostheni inscripta. Ex eius fabulis est Philetærus, id est amans sodalium, Athenæo autore.

HEGIAS uirtute patri præstitit, & eloquentia: & adhuc adolescens, eam spem & ipse aluit, & omnibus de se fecit, se magno Plutarcho non multo fore inferiorem. Itaq; Proclus eum, iuuenem etiamnum, ad Chaldaicorum oraculorum ascultationem admisit. Nam discendi studium in eo, & probitas naturalis fuit. Enim uero diuitiarum natura illa, & consuetudo est scilicet, ut magno malo sint ingenijs, & animis hominum, uberem pastum adulatoribus præbentes, nō ari duntaxat (nam id quidem adeò graue non est) sed & iuuenilis animi, teneri adhuc, qui ab huiusmodi beluis planè instar florentis stirpis depascitur. Isti igitur

q 3 Hegiæ

Logistæ.

Rex sacrificulus.

Polemarchus.

Archon.

Thesmothetæ.

XI uiri.

Strategus.

Rex sacrificulus.

Proclus.

Diuitiarum corruptela.